260 50

Feria Quarta in Crastino Festi Sanctorum Simonis & Judæ Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

29/X

Drohoiowski Kaminskiey Tenetur ac Debet.

40 **Comparens** personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Præmyslien Generosus Stephanus Joannes in Drohoiow Drohoiowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Iuris dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Præmyslien Iuris dictioni quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse nobili Annæ Theresiæ Doraiecka olim nobilis Joannis Goraiecki cum olim nobili Dorothea Trzcinska procreatæ filiæ olim vero nobilis Caroli Kaminski consorti relictæ viduæ eiusque posteris Summam Mille Florenorum Polonicalium monetæ et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis Triginta polonicalibus computando et numerando com veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsam per se Recognoscentem pecuniæ tenetur atque debet. Quam quidem Summam Suprascriptam Mille Florenorum Polonicalium idem Suprascriptus Regni Generosus Stephanus Joannes in Drohoiow Drohoiowski

se suosq

Drohojowski

se suosq successores in et super bonis suis generaliter omnibus hæreditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis supraseripta Nobili Anna Theresia Kaminska eiusq posteris hinc et abactu præsenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo proxime venturo realiter et in effectu soluturum et coram officio Actisq præsentibus Castren Capitan Premysliens repositurum et relicturum repositamq et relictam rursus ab eodem officio non effideiussurum nec arrestaturum vel quovis alio modo solutionem summæ eiusdem præpeditum et impugnaturum inscribit et obligat præsentibus. In defectu vero summæ eiusdem Mille Florenorum Polonicalium principalis et essentialis debiti pro tempore et loco supra expressis persolutionis extunc provisionem competentem a quolibet centum per decem florenos computando quotannis pro quolibet die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli mediante quietatione præfatæ Nobilis Annæ Theresiæ Kaminska suique successorum illius authentica Regni coram Actis quibusvis Authenticis Regni recognoscenda et admanus illius vel eius successorum dare solvere et realiter ac in effectu reponere et numerare inscribit et obligat præsentibus. Idq sub vadio simili summæ Mille florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem suosq eius posteros supramemoratæ Nobili Annæ Theresiæ Kaminska vel eius successoribus ob non solutionem summæ suprascriptæ vel provisionis debitæ et competentis ab eadem summa originali pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Secundo quidem vadio modo præ

misso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda summaque ipsa principali vel provisionibus ab ea provenien(tibus) non solutis solvendis litisque ex(pensi)s mrctus Recognoscens Gnosus Stephanus Joannes in Drohoiow Drohoiowski suique eius succ(esso)res ad instantiam praefatae Nobilis Annae Theressiae Kaminska vel eius posterorum ad officium praesens Castren(se) Capitan(eale) Premysliense extunc recepta supra sero quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praestare (?) lucre Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos succ(esso)res ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate succ(esso)rum Czyakond (?) intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad carcerem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Et quietationem praeterea ultra modernos officii praefati Castren(sis) Capitan(ealis) Premyslien(sis) terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque monitiones apellationes ac earum prosequutiones faciendo pro quibus omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello conventione ac aliis quibusvis iuris remediis et defensio non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Drohoiowski Drohoiowskiemu adscribit & obligat.

Comparens